Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26462
Copyright: Admont, Benediktinerstift

, humilitatem de

88

sedia am subuenire afflictis precatur. Re
cordare domine quid acciderit nobis.
intuere et respice obprobrium nostrum.
Usus prophetarum est frequenter per huma
nas consuetudines dominum supplicare.
Recordare enim ut memento illi dicitur qui
nullius aliquando potuit obliuisci. Non
enim ut ad memoriam redeat diuinitas
commonetur. coram qua omne preteritum
et futurum semper presens est. Non est dignum
enim in illa maiestate ponere obliui
onis iniuriam. sed ideo recordari uel
meminere postulatur. ut ento auxi
lium indigentibus conferat. et palam faci
at quod antea fuit occultum. Has enim tri
pologias frequenter in scripturis di
uinis inuenies. ut est illud in genesi.
Recordabor federis mei. ut in exo
do. recordatus est dominus pacti quod pepi
gerat cum abraham. ysaac et iacob.
siue illud quod moyses ad dominum dicit.